

enim decocto scorbuticus serè desperatus aliquando fuit curatus. *QUERCETANUS* in sua *pharmacopœa trageam* habet *stercorariam* seu pulverem stercorarium, quem inter alia stercora etiam ingreditur stercus anserinum. Hoc stercus anserinum ulterius valdè pellit per  $\square$ as,  $\nabla$ as ut inde in *hydrope* pro diuretico commendetur: Nam omnia stercora inprimis tamen anserinum, abundant  $\ominus$  vol.  $\ominus$ so, constante ex urinoso & acido volatilibus. Acidum volatile habet ex succo pancreatico, urinosum verò ex bile: Unde potest sublimari  $\ominus$  vol. in forma sicca ex stercoribus animalium quod est elegans & magni usus in medicina. Reliqua quæ habet *AUCTOR* de stercore videantur. Ex stercore anserculorum recenti fit elegans  $\nabla$  *ophthalmica Imperatoris Maximiliani*, si  $\beta$ ; stercus anserum juniorum Mense Aprilis & Maji collectum, hoc recens destillatur & postmodum liquor destillatus instillatur in oculos, valdeque convenit in *affectibus oculorum* quamplurimis: Nimirum 1. clarificat visum ejusque aciem acuit. Deinde *suffusiones discutit*, die *Selle und die Stadt* / 3. *lippitudinem & ophthalmiam sanat*, &c. uti videri potest ap. *LIPSIUM* in Tr. eleganti Germanico de *variolis*. Hæc  $\nabla$  potest etiam specificari in specificis affectibus pro re nata, secundum intelligentiam Medici. *LINGUA* anserina *stranguriam* & difficultatem  $\square$ æ ex peculiari quadam proprietate curat, si siccet & exhibeatur, sicuti eadem recens *comesta involuntariam mictionem* corrigere dicitur.

## De ARDEA

Non memini me legisse, id circò nihil habeo quod addam, pergò ergò ad

## CICONIAM,

Quod dixi de anate, dici potest de Ciconia, ratione virtutis alexipharmacæ ex esu serpentum, ranarum & bufonum, unde *tota est alexipharmacæ*, & sicut cervus est inter animalia quadrupeda, ita ciconia est inter volucra ratione virtutis alexipharmacæ. Unde Ciconiæ SANGUIS multum commendatur in *morbis malignis*, & etiam ingreditur *antidotum de sanguine PARACELSI*, imò serè est basis. *CROLLIUS* habet *Electuarium de Ciconia antipestilentiale*, quod inter alia ingreditur radix anthonæ, mumia, Bezoar cum Theriaca &c. quod laudat contra omnia venena. Dosis ejus est à  $\beta$  ad  $\beta$ ij. Unde etiam *BURGRAVIUS* in *BIOLYCHNIO* ex sanguine ciconiæ parari posse remedium contra omnia venena asseverat; Nam subministrat  $\ominus$  vol. copiosum, &  $\ominus$  CORDIS ciconiæ ac  $\ominus$  cordis pavonis contra omnia venena mirificè commendantur. Præterea Ciconia habet usum non inelegantem in *podagra*: PELLIS, uti notum est, applicatur partibus ex *podagra dolentibus*. Item STERCUS Ciconiæ externè arcanum habetur in *podagra*, si pulverisatum illinatur cum axungia cervina vel axungia anatis, vel adipe suillo. Internè quoque in eadem *podagra* Ciconia calcinata commendatur à  $\beta$  ad  $\beta$ ij. Notum aliàs est, quod stercus pavonis sit certum experimentum in *Epilepsia*; sed stercus ci-

conia non minoris habetur efficaciz in *epilepsia* curanda, in qua vel in substantia; vel in infuso assumitur; vel etiam pro stimulo appropriato clysteribus permiscetur. Fit etiam ex ciconia  $\ominus$  per coctionem in  $\ominus$  comuni, quod  $\ominus$  ciconia eundem habere dicitur usum in *paralyfi* cum  $\ominus$  viperino,

## COLUMBA.

Ubi observetur, quod l. habeat vim per medium dissecta, uti habet *AUCTOR*; & certum est; Unde hoc modo applicata capiti in *phrenitide*, medicamentum fuit apud superiores Practicos multum commendatum, utut à modernis non quidem rectè negligatur. Eadem eodem modo applicatur plantis pedum in *febris malignis cum phrenitide*: & in talibus febris malignis cum *phrenitide* magni adhuc facit *LINDANUS*. *FIMUS* columbinus, si quis alius est nitrosus,  $\ominus$   $\ominus$  seu \*cali egregiè refertur. Hinc ratione  $\ominus$  vol. acrioris externè inter *vesicatoria* & *caustica* communiter usurpatur: unde cum semine nasturtii & sinapi externè impositus eosdem præstat effectus, quos  $\ominus$  vol. acre nasturtii & sinapi. Quibus usibus aliàs conferat, vid. apud *AUCTOREM*. Valdè quoque convenit in cura *hydropeos*, pellit namque *urinam*: Calcinatur, & cum  $\nabla$  simplici ex calcinata fit *lixivium*, quod intrinsecus haustum mirum quantum expellat *hydropeorum*  $\nabla$  per urinam. Eodem lixivio si lavantur manus pedesque, ab omni frigore hæ partes ad tempus erunt imunes; & *Chirothecæ* ac *tibialia* linea hoc lixivio madefacta per 14. dies præservant manus & pedes à frigore hyberno: uti vult *Stavicius* in *Helden Schatz* p. 116. Plura qui cupit de usibus stercoris columbini, vid. potest *Zacutus Lusit.* lib. II. *Med. Princip.* p. 17. 117. Externè stercus columbinum cum aliis applicatur *tumoribus adematosis* ac *serosis*, potenter enim discutit, eosque insensibiliter disparere facit.

## CORVUS, det Kalch. Kabe.

PULLI corvorum, uti dicit *AUCTOR*, incinerati commendantur ad *morbum comitalem*; si scilicet pulli corvorum nigrorum ex nido calcinentur, specificum & probatum remedium dicuntur contra *Epilepsiam*, quæ exinde nunquam amplius redire dicitur: Item in pullis corvorum nigrorum recentibus, verno tempore ex nido exemptis antequam vestiantur plumis, ex ore exsumitur caro, quæ dicitur *epa pullorum* corvorum. Hæc *Epata* pullorum corvorum specificè dicuntur curare *Epilepsiam*. COR corvi gestatum arceat dicitur somnum, & putatur efficax remedium huic incommodo, nempe *nimia somnolentia*.

## COTURNIX.

DE EXCREMENTIS dicit *AUCTOR* non inconcinne, quod, quoniam coturnix *Elleboro* vescitur, curet *Epilepsiam*: nam vescitur *Elleboro* tam albo quam nigro absque tamen ullo effectu, qui videtur in homine: unde cum *Elleborus* sit specificum *Epilepticorum* purgans, non immeritò stercus coturnicum pro specifico antiepile-